



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

Legata pia & alia legata minus solennia an sint soluenda, & quomodo &  
quando? Cap. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

Cap. XIII. An legata minus solemnia &c. 81

non prohibetur. Tertio addit, quod qui absolute, & sine conditione iurabit solvere debitum creditori, solutionem ratione recompensationis differre non potest, quia sic cauetur. c. ad nostram. & cap. debitores de iureiurando, quia iuramentum promissorium fit deo etiam, & non solum homini: quamuis creditor non laedatur, quia ita cap. debitores de promittentibus solvere vsuras videtur contineri, haec ille.

¶ Haec vero eius doctrina adhuc moderatione eget quia primum eius dictum licet sit verum loquendo in foro exteriori, tamen oppositum est in conscientia prout docet. Nauar. & loquens de recompensatione sic ait neque refert an res sit deposita vel non quoad forum conscientiae quidquid alij dicant. <sup>g Sum. lat. ca. 17. num. 115. h arg. l. illud ad l.</sup> Itaque in conscientia recompensatio locum potest habere in deposito, secus in foro exteriori.

¶ Circa vero eius tertium dictum dico licet Panormit. in cap. ad nostram primo de iureiurando, teneat cum Iosepho quia iuramentum est obligatorium in formas specifice, non sufficit illud implere in effectu ut ibi per textum patet. At Bartolus <sup>i Bart. in l. amplius. ff. rem rat. habere.</sup> oppositum sentit propter rationes valde efficaces ob quod dicit Panormitanus vbi supra, quod ante factum sequenda est prima opinio: quam sequitur Innocentius, & Ioannes Andr. post factum autem secunda ut talis non censeatur periurus, videtur enim licet prius iurauerit solvere, praepediri a soluendo eo quod creditor suus, qui est etiam sibi debitor non soluit, quod in conscientia & foro conscientiae potius habet locum, sed iudico istam moderationem Panormitani, & tertium dictum fratris Iosephi cum sit textus expressus de hoc in foro exteriori semper habere verum.

¶ Legata pia & alia legata minus solemnia an sint soluenda, & quomodo & quando?

C A P. XIII.

<sup>g Sum. lat. ca. 17. nu. 117.</sup>

Præterea neque in hac materia maius oportet præterire dummodo scitu sint necessaria. Quare aduerte quod etiam legata pia secundum Nauarrum <sup>2</sup> restituenda sunt: quando sine magno detrimento solui possunt, quod locum habet quamuis talia legata fiant tantum

II. Pars. F. L. Lopez. Instr. Consc. f coram



*b cap. rela* coram duobus testibus, quia secundum ius canonicum *valent non* obstanti contrario statuto: quod tanquam *stamenti.* contrarium libertati ecclesiasticæ non valeret. Imo qui scriberent illud, & iudicarent secundum illud essent excommunicari cap. graue. de sententia excommunicationis.

*e Corduba* ¶ Nota tamen circa legata quod Corduba scilicet *in add. ad* quod non tenetur filius soluere debitum excedens quin- *casus con-* tam partem assis quamuis sit mandatum à patre in suo *scientia. q.* testamento via seu titulo debiti nisi legatarius cui fuit id *151.* debiti legatum, probauerit illud ultra quintam partem bonorum defuncti sibi legatum, sibi esse debitum, quia alias sicut filius hæres non tenetur illum excessum soluere in foro exteriori, ita neque in conscientia, quia lex de non legando ultra quintam partem: dum supersunt filij legitimi, est iusta: & non fundatur in præsumptione iuris. Secus esset si filius pro cõperto haberet illi à patre id reuera fuisse debitum, quia tunc tenetur id defalcare ab hæreditate paterna à sua legitima deducendo, ita Sylue-

*verb. here* ster, 4

*ditas. 3. q.* ¶ Aduertito etiam circa hanc legatorum materiam *7.* quædam notabilia quæ ut sunt quotidiana: ita etiam sunt *bo præsum* scitu digna & necessaria.

*ptio.* ¶ Primum notabile est, post exceptam quintam partem sumptuum funeralium quorum meminit tertia lex *e Non so-* Tauri: confestim excipiendum est legatum relictum filio *lum alim-* naturali illegitimo ab eo, qui hæredem reliquit filiam le- *ta pupillo* gitimam, quia legatum alimentorum est: atque ideo ca- *præstari* teris legatis gratiosis anteponendum, etiam si pro illis *debent, sed* soluendis nihil residui remaneret.

*e in stu-* ¶ Secundum notabile est, quod prædicta filia legitima *dia e in* instituta hæres sic fratri suo naturali illegitimo (quam *ceteras ne* uis, si nihil ei esset legatum pro alimentis in testamento à pa- *cessarias* tre, vel aliter) teneretur alimenta præstare, neque de hoc *impensas* ambigitur inter doctores, ideo si nobilem ambo sortiti *pro modo* sunt patrem, tenetur soror hæc cum illo in sumere expen- *facultate* sas necessarias: quatenus suus frater naturalis quamuis il- *impedi de-* legitimus, quia ingenui patris filius est, addiscat grama- *bent.* ticam, rhetoricamque, quia huiusmodi scientiæ decet *ingenuorum*



ingenuorum filios, ut habet. l. de bonis. §. non solum ff. f. Syluest. Carbo. edicto. Ideo tutrix puellae sororis istius: quia ad id teneretur pupilla, has expensas exoluere teneretur: ita Syluest. f. uer. Ali. menta. in princip. q. 4. & q. 6.

¶ Tertio adijcitur expensas: quas fecit tutor, vel tutrix puellae, cum fratre naturali, sed illegitimo puellae ante recuperatum censum, vel legatum huic naturali relictum à patre, potuit bene ei donare, ff. de donat. §. 1. 3. tit. 4. par. 5. et in l. pact. curatoris. C. de pact. & Syluest. rest. 3 q. 8. h. l. si domus. §. quò confreitur.

¶ Tertium Cordubae est notabile quod legatum generale; & non specificatum ut fiat de talibus bonis non potest in alia re solui, unde tutor praedictae puellae ex quo recuperauit censum super quo legatum pro alimentis relictum est fratri naturali illegitimo puellae, non sat implet mentem testatoris, si dixerit se uelle soluere redditus census recuperati & filio naturali non traditi, quia tenetur legatum simul cum fructibus perceptis reddere, quia ex quo illud à detinente recuperabit, potuit pro naturali fructificare. ff. de leg. 1. & in l. talis scriptura. eod. tit. & l. Tauri.

¶ Quartum notabile, pertinet ad materiam legatorum est, quod quando res super quam, legata est quata, neque vendibilis est, nec partibilis, quia vendi non potest, neque partiri, adiudicanda est haeredi soluenti alteri suam partem in pecunia numerata. i. l. ad officium. C. de mun. diuis. dundo. & l. fin. titu. 15. par. & l. fin. §. si autem es alienus. C. de bonis qua. lib. l. Syluest. ver. Peculium. 2. q. 8. r. s. que ad 13. & q. 22.

¶ Quintum notabile legata soluenda sunt vendendo proprietatem bonorum, quando de redditibus non possunt solui. §.

¶ Potestque recuperare pupilla à suo tutore, id quod quia fuit in mora soluendi, soluere ipsa cogitur, & in conscientia tenetur soluere ipse.

¶ Sed quaeritur si ista soror vel eius tutor fecit expensas in studio sui naturalis praedicti fratris, an poterit, cum persoluerit legatum cum redditibus, ex tempore quo fuit in mora legati soluendi, eas expensas repetere, vel defalcando deducere à legato soluendo dicitur quod est legalis quaestio, cui soliti sunt doctores respondere, quod sicut secundum Syluestrum pater expendens in studio filij, cuius peculium aliquod penes se habet, nisi expenderit animo donandi, ex peculio filij, cesset huiusmodi expensas facere: f. 2. ita

um b  
quam  
o qui  
nt ex  
nica  
  
ilicet  
quia  
n suo  
uit id  
rem  
quia  
olue  
ex de  
t filij  
e iu  
re id  
re ab  
yluc  
  
riam  
sunt  
  
par  
lex  
filio  
n le  
ca.  
illis  
  
ima  
am  
pa  
hoc  
riti  
pē  
s il  
na  
ent  
um



ita & ista pupilla soror, aut potius tutor nomine eius, si eas expensas in studio fratris fecerit animo donandi, & non ex legato defalcandi, licet postea penituerit, non poterit repetere eas expensas collatas in studium fratris, quia donatio fuit valida, quia ex iusta causa. Potestque pupilla tutor cum iuramento nunc denovo expressando causas coram iudice eandem donationem validare.

¶ Memini me legisse, & videtur rationabile, quod si testator instituit filium heredem, cum gravamine instituendi capellaniam quora duorum millium aureorum eam dotando: si postea casu fortuito bona hereditaria ex quibus ista dispositio veniebat complenda, in parte perierint notabiliter, pro rata iactura, Episcopus ab hoc onere heredem exoneret oportet tunc, ita Cord. & Con. Trid.

*in Concil. Trid. Sess. 25.* ¶ Reliqua notatu digna, quia materia copiosior est quam ut sub brevitate possit comprehendere hic non prosequimur. ¶ Remittendo lectorem ad summas, & ad causidicos, sed tamen neque mihi est cordi praeterire ea quae magis sunt quotidiana, scituque necessaria inter quae.

Q. 2. ¶ Potissima difficultas primo occurrit, an legata relicta, in testamento minus solenni, sint legatariis restituenda.

¶ Igitur per haec dicta compendiose quaestionem expediendam diximus.

¶ Primo, quod si loquamur de herede instituto per testamentum minus solenne, scilicet sine numero legitimum testium, secundum morem Soris, & Iulij Clari in materia de testamentis cum eo quasi convenientis, quidquid sit de foro exteriori ubi sequendo legem Taurinam editam, tale testamentum irritum pronuntiatur, hereditaque ab intestato adiudicatur hereditas, tamen in foro conscientiae qui possidet rem alienam per testamentum, vel contractum minus solennem acquisitam, dummodo fraus, dolus, & vis omnis abfuerit, non tenetur restituere, nisi vocatus in iudicio, & condemnatus. ¶ Quia secundum Sotum iura humana nihil aliud volunt, quam quod in iudicio tales contractus habeantur nulli, non autem quod ipso facto translatio sit nulla. ¶ Si autem is cui competit repetitio, quia ipsum latet contractum, vel testamentum esse illegitimum, ideo ob ignorantiam non repetit,

*in lex Taurina Hisp. edita fuit per Regem Ferdinandum & Reginam Isabellam anno 1506.*



repetit, (quāuis possessor id sciat) non tenetur ei reuelare.  
¶ Sed quid si neuter, neque hæres ab intestato, neque hæres vocatus per testamentum minus solenne hæreditatem aduerint, sed utrūque est ea probitate, vt nolit possessionem capere, nisi ius sibi fauceat. ¶ Absque dubio tunc nuncupatus hæres debet cedere, & post haberi, & succedens ab intestato debet hæreditate potiri.

Q. 3.

¶ Sed licet ista opinio in successione hæreditatis tenenda sit: tamen in legatis piis non est dubium, quod ea secundum ius canonicum si fiant coram duobus tantum testibus, valeant secundum Nauarrum cap. relatū. de testamen. se de aliis legatis non parum ambigitur, vtrum relicta per testamentum minus solenne, veniant in conscientia per hæredem soluenda & quidem constat, quod in iudicio foroꝝque exteriori, legatarius per testamentum minus solenne duobus tantum testibus editum non poterit illud repetere, sed id controuertitur an ab hærede sibi in conscientia sit debitum, & ab hærede sit soluendum, & quidem Syluester legatum. 4. quest. 10. penes finem sic ait quod quando testamentum est nullum, quia non sunt testes sufficientes, vel deficit solemnitas aliqua iuris ciuilibus, si constet hæredi, de voluntate defuncti, vel per duos testes probari potest, obligatur naturaliter iure gentium ad illam implendam, quæ ratio æque militat in legatis ad alias causas, sicut ad pias causas. Sed Hugo de Celsō in suo repertorio, qui percalluit leges Hispaniæ, tenet oppositum.

o Hæc ex plicatus ra censez Soe cus, de in- stit. & iu- re. lib. 4. q. 5. art. 5.

p Clarus in materia de testam. in dubiis questionis 57. ca. cum effect. de testam.

Q. 4. q testes septem in testam. requiruntur iure verō Pontificio;

duo, si corā sacerdote parochia- li. d. l. cum effes. c. re- latum. eo quod iure ciuili tantum vendi- cat inter li- beros. l.

¶ At Iulius p Clarus ait vbi sancitur testamentum cōfectum coram duobus testibus, & proprio curato validū esse, quod Syluester legatum quæstio. 9. significat validū esse etiam quoad legata non piā, aitque Clarus quod talis sanctio seu dispositio seruanda est in foro ecclesiastico vbique, & in terris ecclesiæ in vtroque foro. Estque communis, & ita seruatur sine controuersia inquit ibi Iulius Clarus. extra vero terras ecclesiæ non habet locum dicta dispositio cap. cum effes de testamentis in foro ciuili, neque in vtroque foro.

¶ At si ad hoc adhibiti sint quatuor testes sine presen- tia curati an sufficiant? Respondet Iulius Clarus ( licet hac consul- Syluester allegans Speculum in supradicta quæstione

tissima. C. nona de testam.



*x Specu. in* nona videatur refragari) & ait sufficere tunc illos testes  
*zii. de in-* aut que hanc opinionem propter auctoritatem doctorum  
*strum. edi-* illam tenentium, in practica obtinere, ut ipse credit, ne-  
*stione. in §.* que ausurum se ab ea recedere quando essemus in foro  
*compedio-* ecclesiastico, vel etiam in utroque foro in terris ecclesie.  
*se. vers. ite* Et ratio eius est quia plus creditur duobus testibus qua  
*si per ius* soli parochiano. Quamuis addat quod in puncto iuris  
*canonicu.* non transeat sine difficultate.

*dicit idem* ¶ Sed quid in foro civili stando tenendum est, extra  
*esse quando* terras ecclesie temporaliter subditas, & quid in nostra  
*sunt 4. te-* Hisp. Dico igitur ad hoc primo apud nos legibus Hispa-  
*stes sine* niæ cauetur in recopilatione noua legum ver. testamen-  
*parrochia-* li. 5. ti. 4. l. 1. Et stabilitur quod si testamentum testibus fue-  
*no.* rit conditum, validum sit, quoad legata, & quoad reliqua

*Q. 5.* omnia in illo contenta, etiam si sine institutione hæredis fuerit confectum, quia tunc hæres ab intestato secundum ius aut consuetudinem terræ succedere solitus, succedet, quo repudiante hæreditatem quo ad legata & reliqua ibi contenta tale testamentum valeat, & fortiat effectum hæc ibi lex. ¶ Secundo. l. 2. cauetur ibi quod in codicillis ea solennitas testium obseruetur, quæ solita est & iussa obseruari secundum leges Hisp. in testamento nuncupatiuo, vel aperto iuxta legem ordinamenti. Atque hæc quidem testamenta siue codicilla si caruerint prædicta debita solennitate testium, neque probent neque fidem faciant in iudicio, vel extra ut supra diximus legislatoribus R. Ferdinando, & R. domina Ioanna. Et hæc de foro exteriori.

*Q. 6.* ¶ Sed quid in foro conscientie interiori? Respondetur proculdubio mihi plus applaudit sententia Soti, quam Syluest. quam censeo in conscientia fore tenendam. s. sententiam supra relaram, de successione in tota hæreditate per testamentum minus solenne, dico, quam etiam tenet Iulius Clarus q. 90. de testam. post factum, & non ante, stante bona fide, & istam Soti opinionem esse communem in tali successione dicit Ripa allegatus ibi à Iulio Claro, & locum habet in legatis etiam non piis in conscientia ut legatarius relictus per testamentum minus solenne si iam penes se possideat legatum, possit bona conscientia retinere, neque hæredi ignoranti testamē-

tum



tum esse non solenne, id patefacere teneatur, si tamen re-  
petantur in iudicio huiusmodi legatum adiudicatumq;  
fuerit hæredi ab intestato, illi tenebitur dare. Quod si le-  
gatum fuerit repositum penes tertium, illud acquirat hæ-  
res ab intestato, & tunc legatarius cedere habet.

¶ Sed an ex tali minus solenni testamento oriatur na-  
turalis obligatio qua hæres succedens teneatur soluere  
legata. Q. 617.

¶ Ad quam quæstionem Iulius Clarus loco citato tene-  
tur inquit in foro conscientie persolvere legata in hu-  
iusmodi testamento minus solenni relicta, quia ita tenet  
Abbas in dicto cap. cum esset. nu. 10. & sequenti est (inquit)  
communis, & Didacus eod. ca. cum esset. Hanc dicit esse  
communem, quam fortissimis conuincit argumentis. Sed  
tamen licet Nauar. huius quæst. non meminerit, quia non  
locutus est nisi de legatis pijs quæ duobus tantum sufficit  
probari testibus, vt in conscientia, & in foro exteriori de-  
beantur, loquendo de legatis non pijs non audeo, hæ-  
redem ad ea persoluenda in conscientia obligare, sicut  
diximus in conscientia non astringendū esse legatarium  
in tali casu ad restituendum legatum per testamentum  
minus solenne sibi relictum ante sententiam iudicis illud  
hæredi ab intestato adiudicantis, & hanc puto esse senten-  
tiam Sori loco citato, fuisseq; Victorie, à qua loco alle-  
gato non disidet Iulius Clarus causidicus. Nam ait quod  
si casus contingeret facile posse sustineri contrarium. Sci-  
licet quod hæres in conscientia non teneatur soluere ta-  
lia legata non pia, neq; ex testamento minus solenni ori  
obligationem naturalem ad illa.

*Hanc opi-  
pin. vali-  
de tuetur  
Bart. in l.  
1. C. de sa-  
cro sanct.  
eccles.*

¶ Et quidem inter rationes quæ mihi hanc sententiam  
persuadent duæ sunt potissimæ. Prima, quia extra iura-  
mentum promissorium factum latroni coacte, causa redi-  
mendi vitæ vexationem quisquis potest repetere in iudi-  
cio datum, potest tura conscientia illud non dare. ¶ Sicut  
patet in ludo, quia perditum per ludum semel solum  
intra octo dies in foro exteriori potest repeti. Ideo ante  
solutionem potest, qui perdidit, sibi bona conscientia lu-  
cranti non soluendo, retinere. Ita eadem quoque profus  
ratione, quia potest hæres ab intestato in iudicio exteriori  
repetere legatū possessum à legatario per testamētū con-



ditum sine debita solennitate testium, potest si apud se illud habear, bona conscientia illud legatario non solueri, sed sibi retinere, postquam licite potest illud in iudicio repetere.

¶ Secunda ratio quæ me ad id mouet est etiam ratio Soti loco citato, per quam reuerenter quoque respondet diffinitioni Alexandri tertij asserentis standum esse legi naturali dictandi, scilicet quod in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, etiam in testamentis, contra leges humanas testamentum vt sit validum septem aut quinque testibus subscriptum esse requirentes. Vbi declarando Alexandrum ait quod salua reuerentia debita tanto vicario Iesu Christi licet duo vel tres testes in causis ciuilibus, & ecclesiasticis, vt implurimum sufficiant: tamen ius naturæ non prohibet plures testes his, exigere, quando humanæ fraudulentæ in rempublicam serperunt, nec tuta esset fides, sicut etiam ecclesia vult in aliquibus causis plures testes esse necessarios, nempe ad condemnandas personas curiæ insignes scilicet cardinales, presbyteros: et go non est cur ecclesia repellat ad confirmandam defuncti voluntatem, qui si falleretur, pro se respondere non potest, leges amplio rem numerum testium requirentes, præsertim in testamentis non subscriptis, aut obclusis. Igitur cum ipse Papa fateatur se non habere auctoritatem in leges principum, nisi quatenus sunt contra ius, diuinum: Sequitur non abrogasse leges principum in testamentis requirentes plures testes, neque talem abrogationem receptam fuisse à principibus.

¶ Igitur aut decretum Alexandri restringendum tantum est ad pia legata quæ minorem exigunt solennitate, vt explicatur cap. relatum. de testamentis, vel melior glossa est quod illam legem tulit Alexander pro episcopatu Hostiensi, & aliis terris territorio ecclesiæ ciuilibiter subiectis, sed concludit Sotus quod neque in pijs causis vbique iure admittitur legatum illegitimi testamenti, tamen si hæredes de honestate illud deceat implere. Sed nihilominus contra Sotum in hoc delegatis pijs tenuit vt supra diximus Nauarrus asserens contraria statuta exigentia in legatis ad pijs causas plures quam duos testes, esse contra libertatem ecclesiasticam.

¶ Concludamus

¶ 2. q. 5. ca.  
Presul.

¶ Can. cii  
ad verum.  
¶ ca. duo  
sunt. 96.  
dist.



¶ Concludamus ergo quod si princeps temporalis per suam legem ad validitatem testamentorum, & legatorum profanorum, plures quam duos testes potuit exigere: posse heredem bona conscientia propter rationem iam dictam talia legata minus solennia non soluere, quia ista lege iusta, & in conscientia habente vim, potest repetere & poterit se tueri, quia alias iniqua esset lex, quae istum absolueret, si in conscientia maneret soluere tale legatum obligatus. Et quia cum testamentum est invalidum, quia fuit insolenne, perinde est ac si defunctus decessisset intestatus. In quo casu heres abintestato non teneretur soluere legatum: ergo neque in hoc casu.

¶ Item licet secundum Sortum inter iudices sit varietas nonnunquam quando scilicet haeres fatetur voluntatem defuncti, sed nihilominus perinde pronuntiandum est, ac si nihil defunctus disposuisset, quia si istae leges non obligarent in conscientia, essent conscientiarum illaqueatrices, & quia leges respiciunt non accidentarios casus, sed ea quae ut in plurimum contingunt. ff. de legatis, ergo cum communiter in testamentis, & ut in plurimum possint interuenire fraudes, ut frequentes lites super hoc constantur, cum haec lex de inuolando testamenta sine solennitate facta, ad euitandas has frequentes fraudes, intenderit, sequitur ipsam non amittere vim obligandi in conscientia etiam in casu quo nulla vis, aut fraus interuenit. Sicut neque definit obligare in conscientia lex de ieiunio (quae lata est propter domandam lasciuiam carnis,) etiam mortificatum iam in carne, & carentem tentationibus carnis.

¶ Sicut etiam lex irritans contractum minoris, quia regulariter minores carent sufficienti usu rationis ad contrahendum, casu etiam quo aliquem minorem constasset acumine ingenij viguisse ad contrahendum, in conscientia talem contractum tenere non sineret, & quia difficile est prorsus probatu, an intercesserit fraus vel non, vel tanta, vel non tanta, quae sufficiat ad rescindendum contractum, ideo excusat talis lex heredem a restituendo legata minus solennia. ¶ Quia negari non potest quin possit princeps in conscientia irritare contractum sine solennitate initum, etiam si non intercesserit fraus, ob id quod interesse potuit.

f 5 ¶ Licet

*Lex quae multipliciter intelligi potest debet interpretari secundum id quod frequenter obseruatum est. l. si de interpretatione. ff. de legibus.*



¶ Licet doctrina hæc Soti non videatur consonare doctrinæ Nauarri. At vera est in casu iam dicto, de non obligando hæredem ad legata profana testamenti minus solennis soluenda propter rationem iam dictam, quia potest illa in iudicio repetere, ergo & retinere.

¶ Sed in aliis probabilem doctrinam Nauarri esse censeo in additionibus fol. 6. asserentis vt supra diximus quod valet actus coram Deo & in conscientia vbi iure naturali concurrunt necessaria ad valorem illius, quia defectus leuis solennitatis, non annullat actum, licet desit solennitas iuris humani, quia solennitas hæc ideo introducta est, vt id concurreret, quod de iure naturali requiritur. ¶ Vnde infert Nauarrus quod si aliquis perinde doctus esset ac illi sunt qui iure per examinis solennitatem solent prouehi ad doctus gradum, si absque solennitate examinis gradus adeptus fuisset, eius promotio ad gradum in conscientia esset valida. Sed de his satis, nam memini supra fuisse præacta.

¶ De testibus, & alijs requisitis, ad solennitatem testamentorum, & an legata pia vel alia sine istis solennitatibus valeant.

## CAP. XV.

*a Nuncupatiuum testamentum in re civili perfectissimum sine scriptis & tabulis fieri nequit, cuius præcipua solennitas est subscriptio. argu. l. cum tabula. ff. de bonor. possess. sec. tab.*

Præterea quia materix huic de legatis, & testamentis consonum est exordium dedisse, & quæ magis quotidie occurrunt scitu necessaria præterisse, Ideo circa solennitatem testamentorum, & si non cuncta, tamen hanc quæstionem illucidemus oportet. Ad solennitatem testamenti: vt faciat fidem in foro exteriori, ad petendam possessionem hæreditatis, quantus & qualis numerus testium requiratur, præsertim secundum specialia nostra iura Hispaniæ? ¶ Pro expeditione quæstionis sit primum dictum, si testamentum cum tabellione publico veniat conficiendum, requiruntur satisq; etiam sunt testes tres testamentum condentem proprijs oculis intuentes & auribus audientes, dummodo eiusdem oppidi, aut ciuitatis sint incolæ, vbi testamentum conditur. ¶ Et hic loquimur de testamento aperto nuncupatiuo appellato inter latinõs.

Q. 1. ¶ Sed quid si tale testamentum apertum, id est nuncupatiuum